

Weichbild magdeburgski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. BN 12600 III, k. 64r–98r

Odczyt: Maciej Mikuła

[k. 64rb] Hic^a incipitur ius municipale per Cunradum civem Sandomiriensem de Theutonico translatum in Latinum.

Sequitur prologus.

In nomine Patris. Primo dicit de summa Trinitate et fide, et hoc opus locatum est supra firmum fundamentum, de quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo ponere potest, preter id, quod positum est, quod est Christus. Ubi enim Christus fundamentum non est, ibi null[i]us boni operis potest sapere edificium ad invocacionem sume et individue Trinitatis. Exemplum laudabile me compellit ratio violenta, quia hoc a maioribus factum esse dinoscitur, quod a maioribus sit completum. Ad mos retinendus est fidelissime vetustatis, licet quod non sit exemplis, sed legibus iudicandum, verumptamen exemplum [k. 64va] potest aliquis sequi maxime, ubi recte factum aliquod intuetur. Ad probandum, siquidem quod in quolibet principio a gloria Trinitatis debeat auxilium peti, sola ratio sufficere potest, cuiuslibet enim rei potissime [s] pars est principium, et ex hiis, qui [s] inhordinate inchoate sunt, non potest ordinabiliter agi. Quod per se patet, qualiter et bene et laudabiliter omnia geruntur, si principium fuerit decens et amabile Deo, et uno est, ut bono peragantur exitu, quam molo [s] iam inchoata sunt inicio. Quibus omnibus luce clarius apparet, quod finis laudabilis a bono dependet principio et tamquam suo maiori subiacet et in maioribus magnis vertitur et ibi caucius est agendum. Ipsa enim est benedicta Trinitas, in cuius nomine et consilio omnis actus progreditur. Sic enim omnipotentis Dei auxilium debemus oculos [k. 64vb] erigere, ut non in armis sciencie et eloquencie ulculis [s] confidere valeamus, sed omnem^b spem, omnem propositum erigamus ad providenciam Trinitatis, ipsa enim laborantibus aurem aperit et inclinat: Apprehendite etenim disciplina[m], nequando irascatur dominus et ne pereatis de via iusta [Ps 2, 12]. Ne [s] sermo propheticus exortat, felix exortacio, dulce consilium; qui enim apprehendit sapienciam, Christum, ut ~~veror~~^c verum, fateor, apprehendit. Ipse enim est sapiencia, iusticia, veritas, fortitudo, sancitas. Et qui ignorat sapienciam et Scripturas, Christum ignorare scripture testimonio perhibetur. Christus etenim Dei virtus est sapiencia, ignorancia autem Scripturarum ingnominia est Christi iuxta apostolicum. Apprehendit siquidem sapienciam, qui in sapiencia procul pellit, gressus enim unius alterius operatur ingressum. Renunciatur improbitati, nascitur virtus. Qui enim sapienciam non apprehendit, [k. 65ra] inproperabitur ei a Domino, et ideo sacerdocio non fun[g]etur et intellectus ignorencie [s] latitans, mentis oculis excecatus iusticiam invenire non poterit. Sine qua, etsi ceterarum virtutum in ipso fulgeant radii, pro nichilo reputantur, ipsa enim est, que inter ceteras virtutes perfectissima dicitur, que ~~hominibus~~^c iura distribuit et ex causa iusticia appellatur, ut legitur

in a[u]ctoritatibus, ut omnes obedient. Hec enim illa virtus laudabilis, que diffinitione nobili diffinitur. Iusticia est ergo constans et perpetua voluntas, ius suum cuicumque tribuens, que concupiscencie conatus sua virtute conprimit ac desiderat confrenare, ut in prohemio decretalium. Cum igitur subiectum libri presentis nullum sit aliud ponere preter ius et iusticiam, felix liber est cui tam nobile famulatur subiectum, et felix, inter cuius verba liber iste tamquam [k. 65rb] mirre fasciculus poterit commorari. Merito igitur, cum opus tantum egreditur, ut librum signatum VII sigillis aperiet, supreme Trinitatis est auxilium expetet et inploret. Ego siquidem inter ceteros lectores minimum me reputens et ignorencie mee |tenba^c| tenebras no[n] ignorens, excicicare me deberem, cum propheta dicit: ·A,·a,·a· Domine Deus, ecce nescio loqui, quia ego puer sum [Jr 1,6], qui altus est puteus sapiencie, et non est cum quo hauriam, quemadmodum mulier Canenea, cum de Dei omnipotentis, qui aquam vivam distribuit, largitur, confisus misericordia opus presens egreditur spem gerens firmissimam, quod de fonte graciaram suarum ad siccitate[m] meam rivulam derivando, de pane sue consolacionis, ne in via deficiam, buccellam michi porigat. Ne igitur prolixitas [s], [k. 65va] que frequenter parit fastidium, sermonem protrahat in inensum, sed atendens, quam omne artificium per |exitium^c| exercicium recipit incrementum, non in armis sciencie vel eloquencie iaculis confisus, sed omnem^b spem, omnem propositum refferens ad omnipotentis Dei legis consilio, que est omnium vera salus. Sed quoniam scriptum est, ut nemo in scolis alcioem locum teneat, nisi cui laborum assiduitas et studiorum prolixitas suffragatur, ego fundo principium sub lapidem angularem, qui est Christus Ihesus, Alpha et Omega, principium et finis. Amen.

^a ozdobny inicjał wysokości 5 wersów; ^b w rkp. monem; ^c podkropkowane w sensie skreślenia ręką autora podstawy

[hasła: prolog]

[1] Hic incipit fundamentum.

Cesar Otto Ruffus fundavit templum in Meiideburk et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos [k. 65vb] aut consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, quando eliguntur, ius ac profectum ac honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio aut iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, et coros iniustos et quilibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt XXXVI solidos. Quando consules suum conventum exponent, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut conpromissum in isto conventu, firmum violabiliter [s] debet observari. Et quicumque hoc [k. 66ra] violaverit, consules habent peragere. Et quicumque ad conventum venire

neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos etc.

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] De iure penesticorum et aliorum comestibilia vendencium.

Qui penestici vocantur, si in aliquo demerentur vel si in aliquo delinquerint in statutis civitatis, ita ut civitatis aut consulum decreta violaverint, si in hoc convicti fuerint, demerentur cuttem cum crinibus aut III solidos. Et hoc arbitro suo committitur, quod horum recipere velint. Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infringerit foro infromito [s], ita quod cutte cum crine demerentur [s] et cum pecunia reddimet, hic manet sine iure et non potest amodo aliquod forum comestibile absque civitatis aut consulum [k. 66rb] consensu exercere. Et si alii homines, qui communitatem seu fraternitatem habent in comestibilibus, consulum seu civitatis conpromissum, seu hos oportet emendare secundum ius et edictum civitatis, et non possunt ulterius aliqua comestibilia vendere, nec communitatem habere seu acquirere absque consensu consulum et civitatis.

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie, nawiązka]

[3] De iniustis mensuris et ponderibus.

Si metrete aut alie mesure parve seu iniuste fuerint et iniuste pense, quod consules bene agere possunt secundum honorem civitatis aut cum XXX solidis emendare.

[hasła: miara, waga, kara, rajca, nawiązka]

[4] De tribus iudiciis provincialibus sic dicens.

Ille supremus iudex, qui Meydeburk iudicio presidet, hoc est castellanus, qui et III iudicia provincialia in anno: unum iudicium in die sancte [k. 66va] Agathe, secundum in festo sanctorum Johannis et Pauli, tertium in octava beati Martini. Si ceciderit aut evenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, extunc amisit suum $\vdash^a$ iudicium. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus castellano primam sententiam debet invenere^b [s], et si scultetus non venerit ad castellanum, extunc X talenta demeretur, nisi legale impedimentum, quod probare potuerit, ut ius dictaverit. Quidquid criminale illius cause factum seu comissum fuerit XIII diebus ante suum iudicium comissi fuerint, hoc castellanus debet iudicare et nemo alius.

^a skreślone przez autora podstawy; ^b pierwotnie invnemere

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] De iudicio burgravii. Capitulum V

Stuprum, obsidium et irruenciam domiciliorum iudicat castellanus et non alius. Sed si presens esse non poterit castellanus, extunc [k. 66vb] cives eligunt unum iudicem pro accessu manifesto loco iudicis castellani. Castellani pena et recompensa, quod acquisitum fuerit in iudicio bannito, debet solvi per VI ebdomadas. Pena castellani tria talenta, pena sculteti viii solidos. Quando castellanus surgit et iudicavit, tunc iudicium suum expiravit et statim iudicium $\vdash d^a \vdash$ sculteti disponit a proximo ad duas septimanas.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: Magdeburg, burgrabia, zasadzka, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin, zapłata, wynagrodzenie]

[6] De iure sculteti in tribus iudiciis.

Scultetus eciam habet tria iudicia legalia in anno, unum in Epiphania aut die sequenti, secundum tercia feria post conductum Pasce, tertium feria secunda post festum Sancte Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudicialis evenerit ad diem celebrem, bene potest diem unam aut duas post diem celebrem iudicium suum disponere. [k. 67ra] Iudicium sculteti nemo potest hominum indicere, nisi scultetus solus vel preco, nec suus famulus. Quodsi scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives statuunt unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet habere legalitatem a domino terre et cum eo debet esse feodatus et verum suum feodum esse debet. Insuper liber esse debet et legitime natus de terra.

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]

[7] De clamore in vulneribus et in monomachalibus vulneribus legitur.

Quodsi homo vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit et si ceperit hunc, qui ipsum vulneravit, et eum ad iudicium deduxerit, et si tunc ipsum cum hiis, qui suum clamorem audierunt^a, protestare poterit metseptimus, propius est eum vincere, quam ille possit eum evadere. Pro vulnere manum et pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem un[k. 67rb]guis habuerit ac longitudinem membri habuerit, acquirit homo duellum pro uno vulnere, et si victor fuerit, victus a victo[re] pro vulnere manum, pro homicidio collum.

^a w rkp. audiverit

[hasła: zranienie, skarga, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] De conflictu, qui sit in die aut tempore noctis etc.

Si continget criminale nephas aut conflictus nocte vel in die, si probus homo pro eo acusetur, propius est evadere metseptimus, quam ille possit super eum protestare, quia in isto loco conflictus per neminem visus est.

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu]

[9] De diffinitionibus sententiarum.

Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus nec civis extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum, et vulnera mortalia vel homicidia, aut furta seu alia criminalia. Castellanus aut scultetus bene possunt omnium iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi si civis agat contra hospitem et hospes super civem pro debito cum testimonio, [k. 67va] de quo alter alteri fassus est, quod bene potest iudicare sine mora. Et si uni abiudicatur debitum, habet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem oportet iuramento probare, quod sit alienigena et ita remote domicilia habeat, quod una die ad iudicium venire non possit.

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]

[10] De querimonia, que pernoctaverit pro vulneribus. Capitulum X

Quodsi victor vulneratus fuerit, ea die iudicium non quesierit et sua querimonia pernoctaverit et, qui inculpatur, tunc comparuerit, evadat eum metseptimus, quam ille possit super eum protestare. Sed si tribus iudiciis non comparuerit, quarto iudicio describetur, ita tamen, si iusto modo citatus et super ipsum conquestus fuerit.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[11] De stupro [et] insidiis. Capitulum XI

Stuprum et obsidium et irruenciam domicilii burgravius iudicat [k. 67vb] nec alter nullus. Si aliquis irruerit super domicilium alicuius tempore nocturno vel diurno, cum temeraria viole[n]cia, nulla procedente querimonia, et si in manuali facto deprehensus fuerit $\vdash$ coll^a $\vdash$ cum clamore, et si clamorem cum auditoribus metseptimus suorum vicinorum hoc ostendendo probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor

collum demeretur. Sin autem manu factum manifestum non fuerit, extunc propius est evadere metseptimus, quam aliquo testimonio vinci possit.

^a *skreślone przez autora podstawy*

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgrabia, skarga, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższosc do dowodu]

[12] De hominibus, qui multis vulneribus vulnerantur etc.

Quicumque vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit et ad iudicium pervenerit, de quocumque querulatur, qui presens fuerit, et si habuerit hos, qui suum clamorem audierunt, et quot vulnera habuerit, [k. 68ra] tot homines potest inculpate. Sin autem hii homines comparuerint, duellum in ipsis acquirere potest. Sin autem plures iudicialiter infestaverit, quam vulnera habuerit, alii omnes evadent suo iuramento, quivis metseptimus.

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[13] De obligatione pignorum.

Obligat aliquis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii, et ille pronuncciat tribus iudiciis, ut est iuris, et quarto iudicio super eo dominium receperit ac appropriatum sibi fuerit, et cognoscencie donum dederit coram iudice et scabinis. Et iuste in posterum ad repetendum sua bona pervenerit, possidens propius est suum pingnus servare cum iudice et scabinis, quam ille, qui caret possessione.

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[14] De iure feminarum sic dicit etc.

Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce di[k. 68rb]/scedit {discedit}, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisionem pro sua vita in iudicio bannito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotaliciu hereditarie observare. Et cum de hac luce discedit, ad heredes revertitur sui mariti. Quodsi sibi maritus mulieri nichil eciam suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi neccessaria ministrabunt, eousque in viduitate et si sine marito permanere voluerit. Si vir oves habuerit, quas mulier recipiet ad suppellectile. Et si pueri vellent dotaliciu mulieri infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptime, qui tunc presentes fuerunt. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quelibet ex hiis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate [k. 68va] patris sunt, recipiunt bona et non hii, qui exhereditate sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque coheredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris tempore

mortis fuerint, sed ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódni, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]

[15] De fiscacione seu publicatione possessione [s] sic dicit.

Quando alicui sua possessio publicata fuit iuste ac iudicialiter, cociens [s] exit vel intrat, tociens penam iudici demeretur, ita sit publicacio super ipsum rite ac iuste acquisita.

[hasła: mulkta, kara sądowa, konfiskata]

[16] De dono infra annum possesso etc.

Quidquid masculus dat sub [b]anno, si possidebit pacifice et quiete absque arestacione aliqua anno et die, hoc propius ac melius obtinere potest cum iudice et sca[k. 68vb]/binis, quam ab ipso aliquis posset exbrigare. Quodsi iudex et scabini mortui fuerint, quod tamen cum aliquis aliis fidedignis^a ad minus duobus scabinis, quatuor viris probitate probatis testimonio, et sic bona sibi donata obtinebit.

^a *poprawione z fidedignys*

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[17] De dono in infirmitate donato.

Nemo masculus, nec nulla mulier possunt in facto egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos <dare^a> absque heredum consensu seu voluntate.

^a *nadpisane ręką autora podstawy*

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[18] De hereditate, ubi nec fratres nec sorores reperiuntur.

Quodsi hereditas in fratribus et sororibus defectum habuerit, extunc omnes hii, qui se linea equali consanguineitatis ostendere pot[er]int, in hereditatem succedunt equaliter. Qui autem in possessione est, si bene sacerdos est aut manserit, tamen suppellectilia recipit, quodsi nulla puella fuerit. [k. 69ra] Si autem puella et sacerdos fuerint, tunc subpellectilia [s] inter se dividunt.

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo, gerada, kapłan]

[19] De firmacione pacis.

Quidquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice et scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognitione, quem recipiunt scabini etc.

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[20] De debito per iuris extorsionem.

Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum $\text{---con}^a\text{---}$ coacto iure consecutus fuerit, oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore statuto debitum non solverit, extunc in eo iudex suam penam acquisivit. Extunc mandat solvere ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. [k. 69rb] ^{<Causa sob...rum b>} Quocienscumque tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens penam suam in eo iudex acquisivit. Si penam iudicii et debitum creditori solvere contempserit, extunc fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et pena iudicii persolvatur. Sin autem possessione caruerit, extunc banno compellitur, tunc bene potest comprehendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, penam iudicii demeretur.

^a skreślone przez autora podstawy; ^b nadpisane na marginesie ręką odmienną od autora podstawy

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[21] De pena illius, qui scabinum illicitis verbis in sede iudiciali obruit sic debet.

Quicumque scabino in scampno iudiciali inproperaverit aut turpibus verbis eum obruerit, scabinus lucratur suam emendam XXX solidos, iudex suam penam acquirit. Obruitur autem [k. 69va] scabinus, postquam sententia diffinita sit et consensus aliorum scabinorum preterierit, extunc omnes emendas acquiru[n]t, iudex penas, et quod pene fuerint, totidem et pene iudici acquiruntur.

[hasła: podróż, dług, sąd, termin]

[22] De inpedimento ad limina sanctorum.

Si aliquis ad limina sanctorum, nundinas extra provinciam aut extra terminos ire voluerit, et si aliquis ipsum pro debito impedire voluerit, hoc fieri non debet, oportet ius suum recipere coram suo iudice. Et si uni testimonium adiudicatum fuerit, inducias trinas duas ebdomadas obtinebit, quodcumque elegerit aut iudicio proximo.

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[23] De iudicio et concordia et rancore, que coram iudicio concordata fuerit.

Quando concordia inter discordantes [k. 69vb] coram iudice ordinata fuerit, diuturnos fremitus, homo protestare $\vdash$ post ^a potest cum iudice et scabinis. Quodsi scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum hominibus fidedignis, qui iudicio affuerunt. Quidquid protestantur aut confirmant, hoc iudex cum ipsis debet protestare et confirmare. Sed ubicumque concordia ordinata fuerit extra iudicum, hoc facilius potest probare vir cum sex testibus solus septimus, qui interfuerunt et viderunt concordiam esse factam. Ubi concordia et vera fremitus diuturna coram iudicio seu ordinata fuerit, si ipsa violat adversa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Sin autem contingeret, quod alter eam infringeret, hunc tamen emendam dare cum recompensa [k. 70ra] oportet, pro vulnere IX talenta, pro homicidio XVIII talenta, nisi se posset excusare.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, kara ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[24] De filio excipere coram iudicio et mercede deservita etc.

Et vir quivis potest filium suum ter eximere, que[m] habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Simili et vir potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus, ubi aut <ad^a> collum aut <ad^a> manum pertransit. Quarta vero vice ipsum solum propria in persona respondere oportebit, et patrem in suo iure non inpediet, et filius propius bene respondisset. Si autem simul pater cum filio in eodem crimine coram iudicio impulsati fuerint, extunc pater filium exemere non potest, nisi prius [k. 70rb] se alii eodem crimine expurgabit. Famulus potest mercedem suam, quam promeruerit, quinque solidos probare tacto sacramento, ita tamen si dominus voluerit consentire. Si autem voluerit dominus tacto sacramento metseptimus, quod persolvit, tunc propius est evadere, quam famulus obtinere. Si autem famulus suam mercedem super dominum suum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam penam iudicii demeretur, si dominus famulo eandem mercedem eodem die solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadet ut illud debitum, in quo nullum divinum [s] ostendere poterit aut probare, protestare.

^a *nadpisane przez autora podstawy*

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć]

[25] De dono, quod viro vel femine in iudicio bannito datur.

Donum viro, quod vel mulieri datum fuerit in iudicio bannito, in eo [k. 70va] mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitr[i]o facere potest absque omni contradiccione quidquid placet. Idem potest vir cum parte sui doni, quidquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum a suo marito peperit, et ipse heredi[t] data sua successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successor[em], sive sit masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. Idem facit vir illi, qui sibi paris fuerint condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quod aut quantum post XXX permansit, vel permanserunt, totum cecidit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipit [k. 70vb] mediam partem et heredes viri reliquam mediam tenebunt partem.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[26] De rebus, que spectant ad hereditatem, sic dicit.

Ista sunt, que ad hereditatem spectant: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, et tela, que non incisa ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, et dolea, et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari, in quo liquesit cera, quod spectat [s] ad suppellectile. Omne proprium, quod locando possessionem [s] est, et omnia arma et gladii omnes, et etiam omnes olle erree ac morsee, et cingulii, braccilles, et annuli viri, hec predicta spectant ad hereditatem. Mense et lavatoria, omnes ciste planis, quod pertinentis [s], et sedilia, pelves cupree, et ciste pharine, et ciste an[k. 71ra]nonarum, et porci, qui in curiis sive in domibus nutritur, spectant ad hereditatem. Et omnes porci inpinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica, que ex potestate viri est, et omnes vacue, pulmentario [s] recipit mariti uxor, et non sua |x^a| cognata proxima.

^a *skreślone przez autora podstawy*

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[27] De viro, qui alterum vulnerat vitam suam defendendo etc.

Vulnerat quis alterum vitam suam defendendo supra viam publicam, quod ille ipsum percutit aut vulnerat, et^a si clamore proclamaverit, comparet violenter, seu proterve, conqueritur iudici, et qui non potest, nec audet, pro inbecillitate sui corporis, tunc comparare et inposterum eadem die tunc compareat et conqueratur iudici et scabinis, et ostendat sua vulnera, et pro[k. 71rb]/testetur per hos, qui suum clamorem audierunt, quod initium contencionis sui adversarii fuerit et suum, et quod ipse se defenderit in defensione vite sue, et ipse acquirit querimoniam primam. Sed si pernoctabit^b, extunc hoc fieri non potest.

^a *nadpisane*; ^b *w rkp.* pervocabit

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[28] De duobus, qui de stirpe Sclavica fuerint et de mutuo vulneraverint etc.

Quodsi se duo vulneraverint mutuo iure municipali, qui ambo processerunt a stripe Sclavica et tamen Sclavi non sunt, compareat et conqueratur in Sclavico ydiomathe alterum, non oportet sibi respondere, si placet, nisi conqueratur in eo ydiomathe, quod sibi innatum est per ius municipale.

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[29] De causa, de qua promittitur coram iudicio bannito terminari, sic dicit.

Quod si duorum virorum querimonie dilate fuerint [k. 71va] in iudicio bannito coram iudice et de voluntate iudicis et consensu, et parcium arbitrium in utrorumque [s], quod inter ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et se arbitri^a ad hoc electi de causa intromittant concordandi, absque iudicio et querimoniam repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis inposterum suam querimoniam velit renovare pro hac causa coram iudicio, si protestare potuerit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat terminari.

^a *w rkp.* arbiter

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[30] De duobus, qui se vulneraverint.

Quodsi se duo viri mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadat ad iudicem in domum suam, et querimoniam facit, alter veniat ad^a quatuor^b bancos et conqueratur cum clamore [k. 71vb] scabinis et iudicio astantibus, et vulnera ostendat, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, et si testes super hoc

habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecerit.

^a *nadpisane*; ^b *iiiior*

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[31] De duobus, qui se vulneraverint equaliter sic dicens etc.

Et si se duo mutuo vulneraverint equaliter et querulentur equaliter, quicumque ex eis in alterum duellum adquisierit, quod tunc eius adversarius collum demeretur. Ita tamen, si vulnus monomachale fuerit. Et si alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci]

[32] De viro, qui alterum vulneraverit in facto recenti sic dicens in capitulum.

Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, qui sic [k. 72ra] queruletur cum prolocutore: “Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit intra municipalia vel in serata [s] regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in bonis meis, et me vulneravit, dum pacem in me confregit. Tunc vidi ego ipse ipsum in persona propria et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum hunc ad iudicium deduxi, et volo eum vincere per hos, qui clamorem meum audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quando hoc probare debeam, ita ut michi proficiat in iure meo”. Tunc satisfacionem adversarius rectam petat pro hac querimonia, et dicat se de facto esse innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit, [k. 72rb] facilius eum vincere potest cum testimonio, qua[m] ipse evadere possit. Si, ut iuris est, probavit testimonio, illi solvet collum, si est homicidium, vel ad manum, si vulnus est monomachale, ad iudicium ipsum cum manifesto facto produxerit. Pro teste vir quivis alteri astare potest, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et fratre, et filio, mercenario.

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[33] De duobus, qui se vulneraverint: unus gladio, alter cutello, sic.

Quod si se duo vulneraverint: unus cultello, alter gladio, et si vulnera utriusque monomachalia fuerint, illi cum gladio solvit manum, illi cum cutello solvit collum, quia cutellus furtivam infert mortem.

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[34] De duobus, qui se vulneraverit, et causa eorum pernoctavit.

Eciam si alter alterum [k. 72va] vulnerat et causa sua pernoctaverit sibi debet indici in iudicio proximo. Et si vir vulneratus fuerit et vulnus monomachale non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi indici debet ad iudicium proximum. Si vulnus monomachale fuerit, tunc continuo sibi iudex formari debet pro facto manifesto.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[35] De duobus, qui se vulneraverint et ambo in iudicio compareant.

Si duo se vulneraverint et ambo coram iudicio compareant et querimonias proponent, qui primam precellentem querimoniam protestare poterit, aput suum adversarium duellum acquirat, si ipsum iusto modo salutavit, et vulnus monomachale fuerit. Si autem ad diem duellum dilatum fuerit, et si alter pugillem^a convenerit super alterum, et si [k. 72vb] ille protestare poterit, quod pugil sit mercenarius, extunc iure duello sibi credere [s] potest.

^a w rkp. pugillam

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[36] De caucione fideiussoria pro vulneribus usque ad iudicium.

Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et iudex hic ipsis pacem indixerat, et si ipsum postea occiderit, et si fideiussores posuerit pro causa eadem, ipse tamen propius est evadere metseptimus de homicidio, quam aliquis super ipsum protestate possit. Si autem coram iudice comparuerit, et si in iudicio bannito manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et si ipsum postea occiderit, hoc melius potest super eum protestare, quam ipse evadere possit.

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[37] De duobus, qui se mutuo vulneraverint, et querimonia usque ad iudicium dilatata fuerit.

Si {si} [^a] se duo mutuo vulneraverint et ambo [k. 73ra] ^b coram iudicio^{-b} compareant et querulose proponant, et querimonia^c usque ad iudicium dilata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciam comparuerit, et unus, de mortuis, agnatus loquatur contra^d vulneratum cum testimonio, quod ipse suum affinem occiderit, et pro eo petat iudicium. Extunc ille petat satisdacionem de iure et ostendet suam innocenciam cum suo testimonio evadere duo homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestaverit, propius est evadere, quam ille super eum poterit protestare, quia ambo coram iudicio querimoniam inceperunt. Sed suum testimonium sic debet procedere, quod initium contencionis illius fuerit, et suum. Et si suos testes incontinenti habere non potuerit, terminum sex ebdomadas acquirit, tunc facilius potest evadere homicidium [k. 73rb] metseptimus, quam ille cum testimonio vincere possit. Si autem ille ipsum monomachaliter alloquitur, extunc ipsum pro suo collo pugnare oportebit.

^a na dolnym marginesie sextus na oznaczenie składki; ^{b-b} nadpisane przez autora podstawy na górnym marginesie; ^c w rkp. querimoniam; ^d możliwy odczyt cum

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[38] De equo, quod in eo, cum venditur, promitti debeat, sic dicens in omniam.

Si mas equum vendiderit, promittere debet in equo, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco discedere tempore se offerente voluerit, et videre apparens [quod non] sit equus cecus, et eis a iusta restacione.

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawna]

[39] De fure, qui in die tres solidos vel in nocte VI denarios, aut plus, suptraxerit sic etc.

Si fur clara die de luce deprehensus fuerit, qui bone fame sit, furtum minus quam tres solidos valeat, cuttem cum crine demeretur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat, reus patibulo. De hiis denariis III solidi medium fertone[m] debent ponderare. [k. 73va] Si autem fur in tempestate noctis deprehensus fuerit cum denariis, reus suspendio etc.

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[40] De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis.

Conqueritur vir super alium pro bonis, quod sua vera sit hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera successio sit a patre suo, vel ab alio suo cognato, aut a suo

predecessore, et si ille compareat super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensorem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, et contradiccione qualibet non opstente [s] et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet suum defensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, | et^a | ad defensorem. [k. 73vb] Sin autem sibi defectus fuerit in defensione, actor conservet suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservet suam innatam hereditatem, sive naturalem porcionem, facilius quam alter | m^a | em[p]tam proprietatem, aut predium censuale, cum inposibilo [s] sit aliquem de naturali porcione defraudari.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[41] De hereditariis censualibus etc.

Si homo habuerit hereditatem censualia et bona a quodam monasterio, et si dominus aut abbas sibi non confitetur, aut conventus, hic vir potest metseptimus protestare suorum coheredum, quilibet iurabit singulariter, quod iustum ac successorium suum sit predium censuale. Et si dominus seu abbas hiis septem de ipsorum bonis denegaverit aut fateri voluerit, extunc ipsorum quivis metseptimus suorum coheredum bona sua obtinebit.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiód, przysięga, współprzysiężnik]

[42] [k. 74ra] De testimonio pro persolutis debitis, sic dicitur etc.

Si debet vir producere testimonium super proprium alterius metseptimus, aut mettercius, hoc probare oportet cum possessis hominibus, qui in iudicio astare solent, et domicilia habentibus supradicto iudicio. Si autem debet vir persoluta debita protestare super proprietatem alterius, hoc esse iterum debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non viderunt, nec in iudicio fuerit confirmatum.

[hasła: własność, samosiód, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[43] De testimonio pro debito persoluto.

Si aliquis debet persoluta debita probare, protestando pro debito, hoc facere debet cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga]

[44] De viro habentem filium, et [qui] viduam ducit habentem pueros.

Si vir ducit viduam, que unum filium aut plures habuerit et ipse nulla bona habuerit nec ipsa, et vir unum filium [k. 74rb] habuerit cum sua prima uxore, et si fortunam arridente per suos labores bona habuerint aut proprietatem emerint, sive hereditatem, aut super bona mobilia sive mercimonia posuerint, et inposterum vir moritur et uxor, extunc filius viri propior est recipere hereditatem, quam pueri femine, aut pueri sororis sue, vel eciam nepotes seu nepote ex sua filia. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia de iure.

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[45] De viro, qui sua bona in iudicio bannito uxori sue aut suis pueris dederit. [^a]

Si vir aliquis dederit pueris suis aliqua bona sua, et sue uxori, in iudicio bannito circa vitam suam, et bone rationis, et si sibi paris filius condicionis fuerint, et si desuper vera pax firmata fuerit, et si inposterum alteri in eisdem bonis aliquit dederit aut heres fuerit, aut ille, cui prima donacio sit, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium [k. 74va] desuper iudicis habuerit et scabinorum, quod sibi primum donum datum sit absque contradiccione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum et diem. Extunc contradicere non possunt, si illi desuper testes habuerint.

^a rysunek dłoni na marginesie

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[46] De hereditatibus censualibus bonis et edificiis sic dicit.

Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuit, coram domino proprietatis, et coram suis convicinis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem, vel nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare potuerit, quod sibi datum fuerit. Si autem edificia viri propria fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio [74vb] bannito, vel coram iudice et scabinis, si suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia vel bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoris paterna successione, hoc uxori dare non poterit, nisi in

iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi proprii[s] laboribus hac prospera fortuna acreverunt cum sua uxore, que potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, in quolibet sine contradiccione.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[47] De iure liberti [s] in emendis sive [s] obnoxii etc.

Ubi aliquis monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt XXX solidi, obnoxius bene potest bona sua resignare et iterum suscipere et dare [k. 75ra] cui placet, contradiccione qualibet non obstante, quod [s] propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censsum subtraxerit, pro eo tria talenta demeretur. Quidquid obnoxius criminalis cause comiserit, pro eo nullus queret iudicium nisi domini advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino aut suo avvocato oportet dare denarios obnoxietarum [s] et meliorem equum, quem habet. Idem oportet facere sacerdotem suo archipresbitero, dum moritur, tunc oportet sibi dare meliorem equum.

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[48] De viro, qui absque herede moritur.

Si moritur vir absque herede et neptem ex filia habuerit, que exheredata fuerit circa suam vitam^a, idem nepos maiori iure recipit bona avi materni, quam iudicium, qui sibi est paris condicionis, sed iudicium recipit arma bellica.

^a w rkp. vitem

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, herget]

[49] [k. 75rb] De abtestacione manus pro falso aut vulneribus sic dicit.

Si unus alteri abtestare manum suam pro falso, hoc oportet, quod faciat mettertius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Si autem facere debet pro vulnere in facto manifesto, oportet quod hoc faciat metseptimus, per iusticiam pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium deductum fuerit.

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[50] De viro, qui moritur et pueros habuerit, sic dicit.

Cum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discrecionis non dum pervenerunt, proximus cognatus debet ipsorum esse tutor, usque ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem nondum ad huc pubertatis attingerit, adiutor suus eousque esse debet proximus cognatus suus, eousque ipse ad annos pervenerit discrecionis, et rationem anno ad annum de pupillorum bonis coram vero ipsorum tutore facere tenetur.

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[51] [k. 75va] De equalibus querimonia et testimonio, quod ad iudicium pervenerit.

Omnis querela et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomachales non fuerint. Manifestum factum ubi esse dicitur, ubi viro gladius aut cultellus, aut sica et ubi vir captivatur cum furtu aut spolio, deprehensus fuerit, ducitur ad iudicium cum clamore. Insuper eciam manifestum factum ubi esse dicitur, ubi viro gladius aut cultellus, vel alia sica in manum deprehensa fuerit, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. [k. 75vb] Hunc actor metseptimus vincere potest vel debet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum, obsidium, et irruencia domicilii, homicidium, furtum, spolium, probat hoc protestando metseptimus. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic iste homo venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit, et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem $\vdash$ adud^a $\dashv$ audierunt, et ostendere volo, sed de iure habeo, et requiro in sententia diffinita, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petit [s] satisdacionem, si vult, quam sibi oportet facere, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget [k. 76ra] in sententia diffinita, si mulier violenciam melius protestare potuerit cum hiis, qui suum clamorem audierint, quam ille possit evadere, cum ad iudicium in manifesto facto sit deductus. Tunc difinitur iure, quod ipsum posibilius vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[52] De obsidiis et spolio.

Hic stat Cunradus et conqueritur super Henricum Deo et vobis, nostro regi aut duci, aut vobis, domine iudex ac toti universitati civitatis, divitibus ac pauperibus, quod ipse

in municipale venerit ad locum talem, ubi Cunradus pace et quiete perfrui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia, et in regia pace, et [k. 76rb] in eo meam pacem infreget et ipsum vulneravit ac destruxit et spoliavit corpore et in rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene probare potest, cum ipse in eo pacem violavit et strepitum in eo comisit, tunc in propria persona vidit ipsum et ipsum clamore proclamaverit. Sic fatetur, diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicut in manifesto facto deduxit ad iudicium, sic in sententia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficuum sit in suo iure.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[53] De viro, qui vulneratus fuerit in facto manifesto.

Si vulneratus vir ad iudicium cum clamore decuctus fuerit in facto manifesto, et si ita debilis fuerit, quod per tutorem ipsum querulare oportet, et prolocutorem [k. 76va] per sententiam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: “Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocatione, extunc in sententia requiro, si per iusticiam insidias per aliquem pati debeam, quam iure terrestri debeam aut sustinere, cum verbum suum aut causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi diffinitur, quod non. Extunc $\vdash$ petit sibi^a $\vdash$ petat sibi correccionem. Cum obtinuerit, tunc petat colloquium pro consilio, et cum habuerit colloquium, pro consilio, tunc requirit, qualiter suam querelam incipere debeat, et hoc per sententiam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interrogetur sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis prece, ut duo viri, [k. 76vb] qui iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audient, a quo sua recepit vel habuerit dampna, vel quis in eo pacis federa confregerit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeant circa iuramentum prestitum ac ius civitatis, quod ab eo audierint. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audierint. Audita responsiva, tunc in sententia requiratur {sententia}, quod fecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, et etiam secundus et tertius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod sic profecerit. Extunc querelam incipiet: “Domine iudex, placeat attende audire”. Tunc hic conqueritur $\vdash$ sibi^a $\vdash$ super vvirum, si et super N., quod ipsi venerunt intra municipale, et in eo pacem infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc [k. 77ra] illi ter vocantur, quando vocati per clamorem ter fuerint, tunc conqueratur ulterius et nominet malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciet tertia vice. Extunc inducie indicantur per noctem. Si tunc non comparent, describentur. Si autem comparent, duellum in eis acquiri potest.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[54] De fure vel raptore abtestare in facto manifesto, sic loquitur.

Quando vir furem aut spoliatorem protestare voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium deductus fuerit, qui coqueratur sic: “Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apparenti furtum captivum et ligatum ad iudicium usque perduxī, quod venit intra meos quatuor angulos et subtraxit mea bona michi, super quo bonum habeo te[k. 77rb]/stimonium cum hiis, qui meum clamorem audierunt, et ipsum vincere volo in iure meo ac meo testimonio, ut hic michi ius dictaverit. Et requiro, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in meo iure”. Tunc sibi diffinitur metseptimus, furtum presens fuerit. Idem iudicium pro spolio et super raptorem.

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[55] De alterius fuerit prolocutor in iudicio, sic dicitur etc.

Ubi vir verbum alterius loqui debet, ad quod sententiis scabinorum vel iure compellitur in facto manifesto, dicat sic: “Domine iudex me dedistis illi homini prolocutorem, extunc requiro in sententia, si ab aliquo pro eo inimicicias aut timorem habere debeam, quod verbum suum pro iuris exienciam loquar, quantum melius^a possunt ac valeo”. Quando hoc diffinitum fuerit, tunc [k. 77va] sibi diffiniat correccionem, quod si ipsum in aliquo neglexerit, quod in se negligere mecum aut per me alterum advocatum. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, petat colloquium, si vult, et requirat in sententia, quando querelam inchoare debeat, ut sibi in suo iure proficiat. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, tunc in sententia interroget, si lesum interrogare debeat, quis in eo pacem infringerit, si ita fuerit debilis, quod suum malefactorem nominare non possit. Cum igitur hoc diffinitum fuerit et ipsum iudex aut duo scabini aut duo viri, qui iudicio astare solent, viderint, requirat in sententia, si ipsi causa iusticie dicere debeant circa iuramentum ipsorum et ius civitatis, quod notorium ipsis de hoc facto fuerit. Cum hoc ipsi diffinitur ad secundum et tertium, extunc requirat in sententia, si iam profecerit. Cum sibi hoc diffinitum fuerit et pacis violator [k. 77vb] citatus per clamorem fuerit, ut iuris est, tunc dicat sic: “Domine iudex, placeat audire verbum suum”. Tunc conqueritur vobis super hunc N., quod ipsum in strata libera infestavit ac intra municipalia in eo pacem infregit, et ipsum vulneravit et violenciam in eo peregīt, quam probando ostendere potest, et ipsum depredavit corpore et rebus, et tantum recepit sibi, quod non minus valeat, nisi bene duellum mereatur. Et super eo a vobis petit iustum iudicium. Extunc pacis violator proclamatur primo, secundo et tertio, per nomen suum, N., et iterum suam querimoniam renovet in hunc modum: “Vobis conqueritur super virum N., quod ipse venit intra municipale in strata regia, et

in eo pacem infringendo”, et ipsum rebus et corpore sanitatis depredavit ac ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit, quam apparenter potest demonstrare, et pro eo petit iudicium, et sic tercia vice faciat. [k. 78ra] Tunc ostendat vulnus et interroget in sententia diffinitiva, si suum pacis violatorem in aliquo loco invenerit, si ipsum licite possit arestare ex iudici. Cum igitur hoc diffinitum fuerit, tunc petat pacem, que sibi indici debet etc.

^a w rkp. malius

[hasła: sędzia, pełnomocnik, wyrok, niepełnosprawny, ławnik, przysięga, prawo, skarga, zranienie, przestępstwo, droga królewska, rana, okazywanie ran, pokój, posiedzenie]

[56] De monomachali incitacione vel iure duelli, sic dicit.

Qui monomachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quem videat in presenti. Cum hoc sibi per sententiam diffinitum, tunc etiam in sententia requirat, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per horam vestimenti. Et cum se de ipso intromittat, pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod pacem [k. 78rb] in eo infregit aut in strata regia, aut in villa, qualiter infregit, eodem modo queruletur super eum. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredavit et eam dum in eo fecit, quam bene probare poterit. Tunc vulnus^a aut cicatricem demonstrat, si vulnus sanatum fuerit. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et ipsis in tanta facerit [s], quod bene duellum detur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quoquumque horum trium de uno obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum amissit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc est in persona propria et ipsum proclamavit. Si fateri voluerit, quod duellum, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, et michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querimoniam [k. 78va] meliorare ante satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille exhibeat suam innocenciam, hoc iuramentum, quod ipsum iurare oportet, et manifestum monomachale, si ipsum iure incitaverit et si ibi fuerit, hoc est perficere si potuerit pro inbecillitate sui corporis. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit, ille preesse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquetur. A duello etiam cedere potest, qui post meridiem alloquutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex etiam debet habere duellum ac gladium illi, super quem alloquutus fuerit. A duello etiam potest accipere suos affines, si uterque suus affinis fuerit et ita consanguineitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex etiam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, [k. 78vb] qui videant,

ut habeant attinencia ¹ secundum veram consuetudinem. Coreum et linea indumentum [s] induere possunt, quantum placet. Caput et pedes antea nudi sint, in manibus cirothecas habeant, unum gladium nudum in manu arbitrio horum comittitur unum clipeum rotundum in manu, ubi non aliud quam lignum aut coreum sit, preter manutectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciam iudex debet indicare pacem circa collum, quod nemo eos impediat circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum habeat, qui flangam ferat, qui ipsos in nichilo impedire debent, nisi unus ceciderit, quod flangam interponat, aut vulneratus fuerit. Aut si flangam desiderat, hoc idem facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Pax [s] quam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex ipsis [k. 79ra] licenciare debet |et in aliqua firmitate^b| et in alia ferrimenta de vaginis gladiatorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsis Deus adiuvet ad suum duellum. Sol eciam ipsis dividi debet recte, quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sententia capitali. Si autem vincerit, dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum preconem mittere vocare in illa domo, ubi se preparaverit, et duos scabinos cum ipso mittere debet. Sic citari debent secundo et tercio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et percuciat [k. 79rb] statim duos ictus et semel fingat contra ventum, cum ipse suum adversarium devicit tali causa sive querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Et iudex sibi iudicare debet, sicut fuisset duello convictus, sic mortuus debet convi[n]ci, si in furtu aut rapina, aut in tali crimine occisus fuerit. Si autem mortuus est cum septem testibus protestari poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter cognatus fuerit mortui, quicumque fuerit, loco ipsius per duellum se pro eo exhibuerit, hinc extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut superius est expressum. Sic vincetur eciam et qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut fideiussorie caucionem fecerit comparere et non comparuerit ad iusticiam responsivam.

^a nadpisane przez autora podstawy nad skreślonym volumus; ^b podkropkowane w sensie skreślenia

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[57] [k. 79va] De eo, qui occisum aut vulneratum ad iudicium duxerit.

¹ w rkp. błędnie attinentiam

Quicumque occisum aut vulneratum virum captivum ad iudicium duxerit et ipsum pacis violatorem accusaverit, per duellum vel absque duello si non probaverit secundum iuris exigenciam ipse super ipsum, idem iudicare debeat iudicium, quod super illum procedere debuerat, ac si iudicio convictus fuisset, et hoc per iusticiam pacis. Si vulneratus vir hunc alloquitur, qui ipsum vulneraverit, per duellum et si pro debilitate corporis duellum perficere non possit, et si tutorem non habuerit, qui pro ipso pugnare vellit, inducie sibi ordinari debent, quousque sibi suum duellum perficere possit.

[hasła: zabójstwo, zranienie, sąd, pokój, skarga, pojedynek sądowy, prawo, pokój, sprawiedliwość, rana, niepełnosprawność, pojedynek sądowy, opiekun]

[58] De viro, qui vitam aut manum pecunia reddimerit etc.

Qui vitam aut manum pecunia redimerit, quod iure demeruit, hic iure suo privetur.

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[59] [k. 79vb] De fideiussoria caucione pro scelere.

Qui eciam fideiussit unum virum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non possit, recompensam ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non obedierit ille, qui fuerat fideiussor, et nemo describi debet, nisi culpa ad collum sive ad manum sibi procedit.

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[60] De suppellectilibus sic dicit.

Si mulier recipit suppellectilia, quod spectant oves et modele [s], et omnia cibaria domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione reperiuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro moritur uxor, proxima sua cognata recipit suppellectilia, que debet viro donare suum stratum, ut stetit, cum uxor sua vixit, cum karissimo cusino, suum sedile cum pulvinare, suum stratum cum lecto, cusinus [k. 80ra] et culcidra, suam sedem cum sedis tectorio, quod singulis diebus de super iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec nulla recipit pulmentaria.

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[61] De suppellectilibus mulierum.

Mulier pro armis bellicis gladium mariti et suum runcinum vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore unius viri, cum decessitum in sua potencia, de iure dare debet pulvinar bellicale, hoc est lectum et duos cussinos et duo lintiamina, et unum mensale, et duas pelves, et manutergium. Hec sunt universalialia bellica arma. Sed tamen aliqui homines diversa apponunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quidquid ex hiis nominatis mulier non habuerit et hoc, quod dat, compelli non potest, si manifesto probaverit pro qualibet re per se. Sed quod vir patenter [k. 80rb] ostendere poterit, ubi vir nec mulier per iuramentum ostendere potest. Ubi duo aut tres ad unica arma bellica nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera dividunt inter se equaliter. Et ubi autem pupilli annos pubertatis non attigerint, eorum cognatus recipit arma bellica solus, et in eis tutor est puerorum quousque ad annos di[s]crecionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et in super omnia bona ipsorum, nisi rationem eis fecerit, quo ea ad eorum profectum converterit, aut per spoliū aut apparens infortunium et absque sua voluntate amiserit. Ipse etiam est vidue tutor^a, quousque maritum duxerit, si paris sibi condicionis fuerit. Post arma bellica mulier vite promissionem recipere potest et alia omnia, que ad suppellectilia pertinent, hoc sunt omnes oves et auce, [k. 80va] si ciste cum elevatis tecturis, omnia pulmentaria, cusini, anuli, brachalia et crinalia, psalteria, lentiamina, mensalia, pelves, manutergia, lucibula et omnia muliebria vestimenta, anuli et brachialia et omnes libri, in quibus mulieres consueverunt, que ad Dei cultum pertinent, sedilia ac scrinia, tapucia et vela dorsalia, tectoria, vel balneamina et omnia pepla, et alia ornamenta capitis muliebria, hoc est, quod ad femine suppellectilia pertinet. Et aduc diversa sunt, que pertinent singulariter non nomino, sicut forpices, |sedi^b| seticule et specula specialia. Sed tela non incisa, nec aurum, nec argentum non textum non pertinet ad^c feminas. Et quidquid extra prenomina in rebus inventum fuerit, pertinet ad heredes. Si aliquis ex hiis obligatum fuerit circa vitam viri, qui mortuus est, eximet, si vult, [k. 80vb] ad quem de iure pertinet. Sacerdos dividet cum fratre, sed non qui monachus est. Sed puer in annis pubertatis religionem intraverit, bene potest exire, si vult, infra anni spacium et ius observat feudale et terrestre. Si autem vir, qui dum annos pubertatis implevit, religionem intraverit, hic se a iure terrestri ac feudali alienavit, et sua feoda vacant, quia bellicum resignavit. Quod hoc posset protestari per hos, cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

^a poprawione z tetor; ^b podkropkowane przez autora podstawy w sensie skreślenia; ^c dopisane na marginesie

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletność, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[62] De diffinicionibus se[n]tenciarum, sic dicens dicit etc.

Si qua sententia prius requiritur, hec prior diffiniri debet. Ambo actor et ille, super quem conqueritur, hoc est respondens sive reus, possunt habere colloquia pro qualibet causa tribus vicibus, eousque ipsos prece revocet.

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[63] De iudicio iudicum et loquione viri, sic dicit.

In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sentenciis. [k. 81ra] Aperte [s] voce vir non loquatur coram iudicio, postquam prolocutorem habuerit, nisi si iudex eum requisierit, si in verbo consenciat sui advocati, bene dicere potest, sit non sit, aut desuper petere colloquia.

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[64] De fideiussoria pro bonis.

Si homo et ubi vir pro pecunia fideiussor aut debito fuerit et moritur vir, sui pueri aut sui heredes non tenentur pro eo solvere. Si vir pro pecunia fideiussor fuerit, fideiussorem pecuniam solvere oportet solum, aut probare, quod pecunia integraliter sit persoluta.

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[65] De viro, qui fustibus aut baculis fuerit percussus.

Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit aut supra dorsum aut supra ventrem, et verbera fusca aut flavea fuerint et inflata, si desuper iudicem pro teste habere potest et omnes, qui hoc viderunt et audierunt^a, ipse est duellum propius super eos [k. 81rb] acquirere, quam eum ipsi evadere possint suo iure. Si autem super caput aut brachia percussus fuerit, quod alter ostendere possit, illi homines melius evadere possunt, quam ipse super eum probare possit, super suo iure. Si autem fatentur, quivis amittit emendam et iudex acquirit suam penam. Si autem verbera mortalia fuerint, respondere tenentur cum duello, qui pro eo iudicialiter impulsati fuerint. Si autem mortalia non fuerint, respondebit cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

^a u *nadpisane*

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[66] De hereditate mortuo domino permanet sine successore, sic dicit etc.

Quod si hereditas mortalia absque heredibus inventa fuerit seu reperta, regie cedet maiestati.

[hasła: kaduk, król, spadek]

[67] De viro, qui occisus fuerit et pueros habuerit.

Quod si vir, qui pueros habuerit, occisus fuerit, tres aut [k. 81va] plures, et si vir unus pro eo iudicialiter fuerit impulsatus et evaserit, ut ius dictaverit, et si sibi super ea^a querimonia vera satisfactio facta fuerit, non tenetur, nec debet ab hiis pueris in posterum pro eodem homicidio infestari.

^a w rkp. eo

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[68] De eo, qui alteri coram iudicio iurare debet, sic dicens.

Si vir alteri iuraverit coram iudicio digne et sine pena, potest superponere et deponere absque licencia, quod per hoc non amittit.

[hasła: kara, przysięga, sąd]

[69] De arestacione equorum etc.

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi aliquis subtraxerit aut subtractus fuerit aut sit spoliatus, ad hoc trahere debet, ut iuris est, extunc ille se bene ad suum trahere potest venditorem et venditorem nominare debet, si super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Non autem ipsum sequi debet [k. 81vb] ultra Mare Aquilonis. Et si defectus fuerit et neminem pro se respondentem habuerit, utpote venditorem habere poterit, ut se coram iudicio iacticavit, extunc sibi fideiussorie faciat cautionem iudici pro pena et expensis, quas adversarius suus expendit, et diem debet nominare, quando ibidem debeat pervenire. Si autem dixerit, quod equum in foro communi aut libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[70] De pena iudicis et hereditate, sic dicit etc.

Quando iudex suam extorquet penam, ulterius nec aliquam super hanc penam potest extorquere. Et vir bona iudicialiter alloquitur, ut iuris est, vel hereditatem, pro eo non indiget dare iudici quidquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare teneatur. Et si homo

suam querelam tenere promiserit, etsi medio tempore concordatum per bonum [k. 82ra] pacis fuerit, [^a] pro eo non plus amittit, quam iudex acquirit suam penam.

^a powyżej nieokreślony rysunek

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[71] De eo, qui trucidatus fuerit et querulari voluerit.

Vir, si vulneratus fuerit et conqueri voluerit, iudex ipsum compellere nec ad aliquem potest querimoniam ultra suam voluntatem.

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[72] De bonis illius, qui ad mortem condempnatur.

Et si vir descriptus fuerit aut ad penam mortis diiudicatus fuerit, sua bona nullus recipere habet, quam sui veri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[73] De viro, qui moritur et pueros legitimos.

Si vir moritur, qui habet pueros et si bona donata nulli habuerit, sibi succedunt pueri, si equalis sibi nature fuerunt. Et si ex hiis pueris unus decesserit, mater sibi in sua parte succedit.

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[74] De hereditate puerorum, quando tutores habuerit.

Quando puer est XII [k. 82rb] annorum, tunc potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus fuerit tutor, mater [s] rationem facere habet et adolescenti, quid cum bonis factum fuerit.

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie]

[75] De viro, quando suam libertatem debet probare.

Si vir alloquitur aliquem, qui suus sit illiber, si potest suam hereditatem protestare, propius est evadere, quam ille ipsum vincere possit. Libertatem suam vir probare potest cum tribus cognatis, sic metseptimus esse debet, sive sint viri sive femine. Et

hoc scire debet quilibet legens, ubi scribitur agnatus, designat ex parte patris et ex parte gladii. Et ubi scribitur cognatus, ex parte matris designatur.

[hasła: wolność, bliższosc do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[76] De pecunia taxillorum aut in ludo acquisita.

Si servus bona domini sui perluserit taxillis, aut obligat aut vendit, dominus potest arestare denuo iure, ut se [k. 82va] ad ea bona trahat, ut iuris est. Si autem propria bona sua deluserit, aut quocumque modo a se alienaverit sua voluntate, dominus super sua bona nichil alloqui potest, quia servus tenetur solvere, et sic domino pro bonis servi non est licitum respondere. Si etiam conqueritur aliquis super aliquem pro debito aut pecunia taxillis aut ludo acquisita, pro eo sibi non habet respondere.

[hasła: sługa, pan, gra, przegrana, zapłata, skarga, dług, pieniądze, odpowiedzialność, koń, kradzież, transakcja]

[77] De illis, que alicui dantur ad servandum est ipse sic.

Quicumque alteri sua bona ad servandum dederit, aut in deposito posuerit, si sibi subtracta fuerint, aut spoliatus eis fuerit, aut combustum, vel si mortuum fuerit, si equus vel pecora fuerint, non debet aliquod dampnum pro eo sustinere, si presumit iurare, quod absque sua culpa amissum fuerit. Sed quid viro con[k. 82vb]cessum aut obligatum fuerit, hoc in structum reddere tenetur, aut solvere secundum suum valorem. Si autem moritur equus aut pecus infra obligationem absque illius culpa, cui obligatum fuerat, et si iuramentum pro eo prestare presumserit, quod sine culpa decesserit, non solvit, sed suam recompensam amittit, in qua sibi fuerat obligatum.

[hasła: dobra, depozyt, kradzież, pożar, koń, bydło, szkoda, przysięga, wino, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

[78] De eo, qui se ex descriptione iuramento expurgavit etc.

Qui se extraxerit a descriptione, ut si solutus, diiudicatus fuerit, iudex tamen in eo suam obtinebit penam. Et si sibi iudex fateri voluerit, ipse eum potest bene deponere per unum, qui eidem interfuit iudicio, quia nec captivus iudicio comparuit, nec proclamatus. Si autem iudex ipsum in posterum obiurare noluerit, ipsum in nullo ulterius obiurare potest, ad suam penam, si super eo testes habuerit, quod a de[k. 83ra]scriptione obiuravit.

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[79] De viro, super quem querulatum fuerit pro debito, sic dicit.

Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille se dicit esse innocentem. Si autem respondens dixerit se debitum persolvisse, extunc impedit sibi suum iuramentum. Hoc bene probare potest metseptimus cum probis viris mettercius tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik]

[80] De satisfacione sic dicit etc.

Si super virum conquestum fuerit et satisfacionem pecierit, alter eam sibi negare eam sibi faciat, si ipsum per sentenciam ad hoc compulerit. Si autem satisfacionem fecerit sibi, ad suum ius non nocet, nec ille plus lucratur cum satisfacione, [k. 83rb] qui eam petit, nisi quod ipsum nullus ammicorum suorum inpedire potest amodo pro hac causa. Satisfacione facta suam querimoniam meliorare non potest.

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[81] De facto manifesto, quod ad iudicium deductum fuerit, sic dicit.

Omnis querela, que^a ad iudicium pro capitali crimine in manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore propter factum manifestum, quod ostendi debet in manifestum factum, ubi vir cum furtu aut preda captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Item eciam est ibi, ubi apud unum gladius aut cultellus et alia sica in manu deprehenderit, cum quo pacem infregit, aut si in fuga facti captivatus fuerit et captivatus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hu[n]c actor metseptimus vincere debet circa ius pacis, si manifestum factum cum reo ad iudicium deductum fuerit etc.

^a *nadpisane przez autora podstawy*

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[82] [k. 83va] De iudicio burgravii.

In iudicio burgravii Meydeburgensis potest vir pro debito bene querulare super actorem, aut oportet ab uno iudicio burgravii et aliud suam sequi querelam, ita quod semper adversario denunciaret. Si autem super virum querimonia cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dic[it], quod persolverit, hoc probabit

per homines fidedignos, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas in iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu prestare potest seu debet, quod in eodem iudicio facere oportet.

[hasła: burgrabia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[83] De iudicio iudicis, sic dicit.

Iudex debet iudicium exercere, et eo temptare coctidie in vero iudici loco, nisi sit, quod vir conqueri pro debito [k. 83vb] absque testibus voluerit, quid statim iudicare potest sine mora. Recompensam et emendam et penam iudici solvere debent ad diem et fuerit diffinitum, ut tunc pagamentum ibidem consuetum fuerit.

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[84] De fiscac[i]one seu publicatione bonorum etc.

Si viro sua bona publicata $\text{—sue}^a\text{—}$ seu fiscata fuerint iure, in eo ille possideat, qui hoc in fiscacionem deduxit cum fiscacione tribus diebus et tribus noctibus. Insuper in eo debet comedere et bibere cum fiscacione, simul et dormire. Deinde debet coram iudicio pronunciare tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper formare debet, et sibi debet appropriare, et sentenciis scabinorum vendere. Extunc vendere potest cum scito. Si tunc aliquid ultra suum [k. 84ra] debitum fuerit, cum scito illius reddere debet, cuius fuerit hereditas. Sed si deficit, agat ulterius.

^a skreślone przez pisarza podstawy

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[85] De arestacione bonorum vel equorum, sic dicit.

Si vir alloquitur bona, pannos vel quidquid suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum aut raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere et iurare tacto sacramento, quod suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum aut raptum fuerit. Si autem equus fuerit, quod sibi subtractus, aut eo spoliatus fuerit, et ad hoc trahere debet, equo super suum pedem anteriorem przedno, et sinistra manu equum capere per dextram aurem, et petere debet reliquias et prolocutorem. Et iuralibit equo tacto sacramento super caput, quod tunc suus fuit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Extunc ille se ad suum trahat venditorem et ipsum [k. 84rb] iurare oportet super

sanctos, quod trahat se cum equo ad suum verum venditorem, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis, et de ceteris ut supra.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[86] De debito post manum mortuam, sic dicit in iuramenta.

Si vir super virum conqueritur pro debito a manu mortua, et ipsum infestare voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, si ille consenserit. Si autem dixerit hic, super quem querimonia prolata fuerit, quod de debito nesciat vel in eo, ut sit obligatus, aut quod persolverit, hoc oportet iuramento probare metseptimus tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[87] De viro, qui contra alium ad iusticiam exhibuerit, sic dicit.

Si vir cum scitu contra alium et ad iusticiam se exhibuerit, et alter noluerit aut spreverit, et vulnerat illum [k. 84va] non querulando absque iure, et ille, qui vulneratus sit, inveniet defensionem et vulneret illum mutuo, et hic, qui primo vulneraverit suum adversarium, prius ad iudicium veniet et conqueratur, alter, in quo pax sit violata, eciam postea veniet circa lucem diei et dicat, quod initium illius fuerit et non suum. Si hoc, ut iuris fuerit, metseptimus^a protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, et qui presentes fuerunt, acquirit primam querelam. Unus vir potest filium suum exemere unica manu, quid est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento, sic quod filius suus reus non sit.

^a metVIIus

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[88] De vulneribus, que detente [s] fuerint in facto manifesto.

Si^a femina deprehensa fuerit in facto manifesto sic est in homicidio aut vulne[k. 84vb]ribus duello dignis, ac ipsam propius est vincere metseptimus cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod eadem die factum fuerit ad visum, et si feminam fideiussoriam cautionem fecerit supra ius, de quo femina propius est evadere cum hominibus fidedignis metseptima, quam ultra aliquam vim in eam agere possit. Si autem femina inculpatur pro querimoniis pernoctatis, eo propius est evadere fessa unica manu tacto sacramento, quam aliquis eam vincere possit, aut aliquid inposterum et pati.

^a poniżej dopisane błękitnym inkaustem septi[m]us na oznaczenie składki

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[89] De duplicibus pueris.

Si vir duplices habuerit pueros et primos ante ea hereditavit exponendo, et si postea secundis aliquid dederit pueris in suis bonis, et moriatur [k. 85ra] idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Et quidquid superfluum permanserit, hoc equaliter inter se dividunt, cum omnes sibi equales fuerint in natura etc.

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[90] De inproperacione scabinorum.

Si vir scabinum in scampno indecenter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui audierunt, illum oportet dare scabino emendam et iudici penam.

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[91] De homicidio aut vulneribus, sic dicit.

Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus, et ipse se accomodaverit circa suam hereditatem ad comparandum, et si profu[g]us factus fuerit, quod non compareat, tunc debet vocari clamore, ut iuris est. Et si non comparet, tunc debet proscribi etc.

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[92] De contencione, que in die sit aut in nocte.

Si causa contanto [s] oritur [k. 85rb] clara die, et probus vir in eo accusetur, qui ibi visus non fuerit, de quo propius est evadere metseptimus cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerunt, quam in eo duellum acquirere possit. Si autem super virum ydoneum circa noctis tempestatem pro homicidio aut vulneribus duello dignis accusatum fuerit, quod noctis tempore factum sit, de quo propius evadet metseptimus cum hominibus probatis bonitate, circa quos tunc fuit.

[hasła: skarga, bliższosc do dowodu, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępsstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[93] De petitione prolocutorum.

Quem vir pro advocato rogaverit, hunc suam causam tenere oportet iure, nisi se excusaverit cum pena.

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[94] De suppellectili, sic dicit.

Et quando vir moritur, tunc uxori oves presentari debent ad suppellectilia, ubicumque ierint. Anete, colcidre, vela, tecture corruum, olle [k. 85va] picte eciam et suppellectile pertinent.

[hasła: gerada, mąż, wdowa]

[95] De iuramento incolatus, sic dicit etc.

Nemo potest nec pro homicidio, nec pro vulneribus, nec pro aliquo debito suum iuramento probare incolatum.

[hasła: zabójstwo, zranienie, poddany]

[96] De iuramento pro malis verbis.

Ubi eciam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis aut depilatione, aut verberibus, aut effusione sanguinis, de quo solutus dimitti non potest, nisi voluntas fuerit iudicis et consensus.

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[97] De tutoribus pupillorum.

Quando pupilli suum verum tutorem habere non poterint, eousque nullus ipsos ad aliquam responsivam iudicalem deducere potest, nisi prius ad annos pubertatis venerint. Et vir super alterum conqueritur, quod sibi abedificaverit [s] aliquid de suis [k. 85vb] bonis aut hereditate, hoc ille possibilis optinet, quibus in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio allocutus fuerit.

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne, skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[98] De civibus Meydeburgensibus.

Eousque cives Meydeburgenses veram accionem seu responsivam tenuerint et se coram suo domino pontifice et burgravio ac sculteto ad iusticiam exhibuerint circa ius civitatis, tunc nemo eos extra civitatem in alio iudicio occupare, seu contra eos agere in iudicio alieno [potest].

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgrabia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[99] De impedimento coram iudicio.

Nullus alterum debet impedire coram iudicio, postquam in iudicium bannitum fuerit cum iniuria, talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in sua querela, sicut clamore aut turpiloquiis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens [k. 86ra] ipsum protestaverit cum iudice et scabinis, extunc suam acquirit emendam et iudex acquirit suam penam.

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoda, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[100] De sculteto, si aliquem impedierit in iudicio etc.

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem inpedierit in iudicio et in sua querela, et si iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniusti recusat. Si pro eo coram castellano aut avvocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc cum testibus ipsum evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali testimonio ipsum iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astetes [s] iudicio. Si autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse evadere possit. Si autem cedere voluerit [k. 86rb] a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram avvocato super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi oportet esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim oportet probare. Idem iudicium super eum ire debet, quod super illum ire debuerit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro delicto in captivitate publica presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa ac negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Sin autem pro manu, [k. 86va] tunc mediam solvit recompensam et hoc ipsum iuramento tacto sacramento iurare oportet, ita si sibi parcere voluerit, quod absque omni sua culpa evaserit. Integra recompensa facit xviii talenta.

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga]

[101] De advocato.

Nunc de advocato attendatur, si iniuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut propter munera, aut ob aliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem electus sit ius confortare et iniurias suffocare. Si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, [k. 86vb] ut inposter[u]s patebit. Petat advocatum surgere per sententiam, quod super ipsum habeat querulare et per sententiam petat, ut alium iudicem in suo loco, et ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet simili modo, ut advocatus super scultetum iudicare debuit. Eodem modo scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus iudicium bannitum habere absque sculteto non potest, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis voluerit querulare. Si hoc iusticiam anno recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat^a, quod habuit, et regi bannum, si persecutus fuerit cum veris sentenciis.

^a w rkp. vocat

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[102] De obsidiis et quod femine stuprantur.

De obsidiis et quod femine stuprantur, et irruenciam domiciliorum burgravius [k. 87ra] iudicat et nullus alter nec scultetus. Si irruencia domicilii probabiliter potest ostendi cum vulneribus et cum vulneratis edificiis, si super hoc iudicem et homines, qui clamorem audierunt, habere potuerit testimonium, oportet desuper respondere cum duello, quam cum iuramento evadere possit.

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgrabia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[103] Hic vide de irruencia domicilii.

Si aliquis irruenciam domicilii fecerit nocte aut die, et si ille eum detinuerit in facto manifesto, et ipsum cum clamore ad iudicium perduxerit, si super eo homines, qui suum clamorem audierunt, habuerit metseptimus eorum suorum vicinorum, factum ostendere possit, ut iuris sit, illi ad collum transit. Sin autem manifestum factum

ostendi non [k. 87rb] potest, extunc ille propius est evadere metseptimus, quam eum vicini [s] possit.

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[104] De tenenda querela coram iudicio.

Et si vir querelam suam tenere promiserit, et si medio tempore concordia facta fuerit, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici dat suam penam.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, mulkta, sędzia]

[105] De debitis ex parte patris etc.

Si vir conquerulatur super alterum pro debito, quod sibi a patre suo teneatur, ipse debet super eo certificari, ut iuris est. Sin autem iurare voluerit, quod pater suus debitum persolverit, hoc ipsum oportet facere metseptimus post manum mortuam. Sin autem dixerit, quod ipse solus persolverit, hoc iurabit metseptimus.

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, samotrzeć]

[106] De hiis, qui dampnum faciunt in peccudis. [k. 87va]

Si aliquis habuerit equum aut canem aut aliud pecus quodcumque, quod loquela careat, et noxam sive dampnum fecerit, sin autem dicet suum non esse dampno perpetrato, sibi in suo iure non nocebit.

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[107] De qui cives suos spoliat, sic dicit in ista litera.

Si aliquis spoliaverit cives suos, qui proprium, feodum aut hereditatem intra municipale habeat et si hic non prehabita querela faciet ante dominum terre et suum iudicem, illi sua edificia debent adiudicari supra curiam et secari, et illa edificia erunt comunia omnibus publicantur hominibus. Sin autem edificium iudicialiter fiscatum fuerit, ita quod ibi puella aut femina stuprata fuerit intra illud edificium, debet resecari et abinde [k. 87vb] nullas duci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[108] De iuramento Iudeorum, sic dicens.

Hoc est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare sive evadere Christianum, quod scriptum est in iure imperatoris. Si lapsus ter fuerit, totidem fertonem amittit. Et si quarto manet in causa reus, tunc dicit ille, qui sibi predicit ^a *det* ^b iuramentum: “Ego te moneo, N., per has tres litteras et per hanc legem, quam dedit Moysi in tabula lapida in monte Synay, quod liber iste aut hoc rodale verum hac iustum sit, super quem aut tu, Iudee, iurare debes huic viro N. pro tali culpe sive cause pro qua te ad iudicum deduxerit”. et sic tunc iurare debet, et sic predicetur sibi, ut sequitur.

^a w rkp. *precidit*; ^b *skreślone przez autora podstawy*

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj]

[109] Sic iurabit Iudeus, ut in litera ista. [k. 88ra]

Quod tu in hac causa reus es, qua te hic idem Christianus vir inculpat, quod te Deus adiuvet. Idem Deus, qui celum et terram creavit, aerem et rorem, montes cum vallibus, frondes, flores ac gramina. Et si sis reus, quod te terra absorbeat, que Dathan et Abÿron absorbuit, et reus fueris, quod venenum et gutta ac lepra invadat, que precibus Elyzeÿ Naman Syrum dimisit et Yezsi invasit. Et reus fueris, quod te ignis comburret celestis et caducus invadat morbus, et sanguinis invadat fluxus. Et si reus fueris, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et tibi accident, ut uxori Loth, que transmutata est in statuam sive in effigiem salis, dum Sodoma perigit [s] et Gomorra. Et reus fueris, quod sinum Abrahe nunquam perveneris, [k. 88rb] et nunquam {ad resurreccionem} ad resurreccionem pervenies, ubi Christiani et Iudei et gentiles ante Creatorem omium rerum resurgent. Et si reus fueris, quod te lex deleat, quam Deus dedit in monte Synay, quam Deus solus suo scripsit digito supra lapideam tabulam, et te confundat omnis scriptura, que scripta est in Quinque Libris Moysy. Et si tuum iuramentum non iustum nec mundum fuerit, quod te deleat Adonaÿ et sua deitatis potencia.

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[110] De iudicio super imperatorem.

Nunc attendatis, quis inperatorem iudicare debeat, et si ex hiis tribus premissis in aliquo convictus fuerit. Hoc facere debet Sacri Imperii Remensis palatinus, qui imperatori ac Impario [s] ex arbitrio positus fuerat. Simili modo, ut palatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicet [k. 88va] burgravius marchionem pro suo excessu, et scultetus burgravium.

[cesarz, palatyn, burgrabia, marchia, sołtys]

[111] Hic sequitur videre de mercatoribus.

Extunc mercatores dicebant ad imperatorem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc indicavit ipsos imperator ad aquas na[vi]potentes et hoc cum consilio Romanorum, quod ibi civitates firmas edificarent cum muris et turribus. Tunc plus dicebant imperatori, quod libenter scire vellent, quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit eis tale ius, quale cottidie in sua curia habere solebat. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et cum viridicis signis. Et suam manum exhibuit.

[hasła: kupiec, cesarz]

[112] De civitate Meydeburk.

Nunc attendatis de civitate Meydeburk. Cum primo Meydeburk fuit [k. 88vb] locatum seu fundatum imperatoris Ottonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et stabilitum fuit in suo iure, sicut nunc tenet municipali secundum consuetudinem antiquorum, idcirco uttraque uno utitur iure. Et eapropter omnes de Polonia ac de Bohemia, qui sub iure locati sunt Thewtwnico et de marchia et Missynensi provincia, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis districtibus locati sunt. Et si sententiam ignoraverint aut deffectum habuerint in una sententia, hanc oportet in Meydeburk querere. Idcirco, quia omne municipale protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum reprobata sententia de marchia comutatum [s] trahi possit, que marchio secundum suum arbitrium iudicat, quod comes aut propriam gratiam non facit, sed iudicat sub banno [k. 89ra] regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi bannum regium est, quod vir demeretur tria talenta iudici feodato sub banno regio. Sin autem iudicatur^a sub banno regio, tunc sculteto demerentur octo solidi de iudicio cum sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. Scabini undecim esse debent, et scultetus duodecimus^b, quia burgravius primam sententiam diffinire debet. Quia burgravius ultimum bannitum iudicium absque sculteto habere potest, nec scultetus ab hiis undecim scabinis.

^a poprawione z iudicata; ^b w rkp. XIIus

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]

[113] De reprobacione sentencie.

Nunc attendendum est, si in Meydeburk reprobaretur sententia, quo aut ubi eam querere et invenire deberent. Ipsi debent se trahere in Sthartow, ultram esse [s], et ibi

accipient quatuor [k. 89rb] seniores viros, quos ibi invenire poterint. Hoc idcirco, quia diucius stetit, quam Meydeburk, et cesar a tempore diuturno ducatum ex eo constituit, et omnes uno eodem iure constricti sunt. Tunc trahunt cum eisdem quatuor^a senioribus, quos de Sthartow duxerunt et invenerunt, redemit in Mareydeburk ante palaciam ad curiam, que imperatoris Octonis Ruffy fuerat, quod palaciam ipsis formaverat, et in fine summi sive compli, ut in premissis patet et in sequentibus patebit, quia continue pro reprobata sententia ad Imperium etc. Vide tibi utrum [?].

^a w rkp. 4or

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto, Otto Rudy, wyrok]